

afectionem¹ gerere, sicut debet, et de hiis, propter que contra ipsum commoti fueritis, vera per ipsum excusatione proposita innocentem cognovimus evidenter. Nos igitur, qui ipsum suis honestis meritis exigentibus et contemplatione vestrum, quos ut suos maiores libenter sequitur et amplectitur, ad gratiam recepimus ampliorem, volumus, requirimus et ortamur, quod et vos depositis omnium mentiumstrarum hodie vel rancore² eundem recipiatis pariter ad vestram gratiam solitam ac amorem, restituentes de presenti et restitui facientes eidem et suis negotiorum gestoribus possessiones, res et bona, que tempore sui discessus non voluntarii, ut novistis, sed fortuiti et necessarii possidebat, ipsaque res et bona, ubique voluerit, libere conduci permictere, et non imputetis hoc, quod fuerit cum aliquibus conversatus et tamen sine vestra iniuria, qui in preteritum non fuerint vobis grati, voluntati illius vel proposito, sed casui, quem, qualiter vobis et sibi successerit, vestra prudentia bene novit, nostrum in hoc sequentes exemplum, qui nostros redeuntes non spernimus, set allicientes beneficiis et favoribus et de suis innocentibus gloriantes conservationem eorum sollicito procuramus. Super quibus celsitudini nostre per vestras licteras continentes, quod requisicionem pefatam, sicut confidimus, fueritis exauditi, ac sibi indilate rescribere studeatis.

VIII. Zwei Briefe des Domkapitels von Cambrai.

a) Das Domkapitel von Cambrai bittet Erzbischof Baldewin von Trier um Fürsprache bei Karl IV. und offeriert ihm eine jährliche Messe. 1348 Juni 1.

Original Coblenz, Staatsarchiv 'Kurtrier, Erzbischöfl. Staatsarchiv, Baldewin n. 425'. Siegel ([† Sigillum sanc]te M[ar]ie Camerac[en]s) mit Rücksiegel († Sacretum³ capituli Camr.) an Pressel. In verso von einer Trierer Hand des 14. Jh.: 'anniversarium B(aldeuini) T(reuerensis) Cameraci 48.' — Nach Abschrift von R. Lüdicke.

Reverendo in Christo principi et domino suo domino B(aldeuino) Dei gracia sancte Treuerensis ecclesie archiepiscopo sacri Romani imperii per Galliam archicancellario sui prepositus, decanus et capitulum Cameracensis ecclesie se ipsos ad beneplacita paratos.

1) 'c' auf Rasur.

2) 'r' auf Rasur.

3) So.